Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rhetorica divina

Guilelmus <Arvernus>

[Freiburg im Breisgau], nicht nach 1491

Cum suadere doces et persuadere misellos

urn:nbn:de:bsz:31-311723

Visual Library

Cum ſuadere doces ⁊ ꝑſuadere miſellos
 Quo pacto valeant fundere verba deo:
Tu facis vt ſceleri fiat Guilerme creator;
 Mitior: atqꝫ reis te duce det veniam.
Hos non dicendi das Quintiliane colores:
 Non hos eloquiȷ̈ gloria Marce dabas.
Hos nõ ille dedit quem mirabant̄ Athene:
 Sed perit eloquio rhetor vterqꝫ ſuo.
Perdita/ vana fuit/ fallax ſapientia veſtra:
 Judicis humani corda mouere docens.
Noſtra quidem p̄cibus iuſtam mollirier iram
 Ars veneranda docet iudicis atqꝫ dei.
Ah quãto melius verbis placare potentem
 Eternūqꝫ patrem: ꝙ dare verba iuris.
Nec modo ſupplicibus culpā penāqꝫ remittit:
 Inſuꝑ ⁊ donat premia larga deus.
Viue igit̄ felix per ſecula longa magiſter
 Tam bona q̄ nobis dogmata ſcp̄ta dabas.
Cū pr̄ib⁹/ magniſqꝫ deis/ reqeſce ſb vmbra:
 Eternūqꝫ Vale: vir venerande Vale: